



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Chronologia Monasteriorum Germaniæ Præcipuorum Ac Maxime Illustrium

Brusch, Kaspar

Nürnberg, 1682

Egidianum apud Noribergenses D. Benedicti magnificum cœnobium, ...

urn:nbn:de:hbz:466:1-38166

EGIDIANUM apud *Noribergenses* D. *Benedicti* magnificentum
 cœnobium, ad S. Egidium vulgo dictum, à Romanorum Im-
 peratore *Conrado III.* Suevorum Duce, Laureaci in Ducatus
 Württembergensis cœnobio, prope Suevorum Gamundiam sito,
 apud progenitores suos sepulto, post collapsæ urbis restituti-
 onem erectum & fundatum esse legitur anno Christi 1140. De
 qua fundatione leguntur hi versiculi *Benedicti Chelidonii*, mona-
 chi cujusdam Egidiani.

Ben. Chelidonus.

Tertius imperii moderans Conradus habenas
Erexit vigili Norica damna manu.
Damna, feri quibus hanc Vulcani affecerat urbem
Impetus, ingenti non sine clade furens,
Undecies centum post annos Virgine nati
Lustraq; post octo condidit huncq; locum.
*Tradidit * Hibernis patribus, qui sorte beata*
Cœperunt sanctum religionis opus.
Ducentis, decies septem, bis quatuor annis
Hoc tenuere suo jure monasterium.
Frigus at hibernum præcordia frigida tandem
Arguit, inq; dies crevit in hisce tepor.

* Idest,
 Scotis.

Abbatum & gubernatorum hujus cœnobii catalogus inter-
 cidit: sed hi, qui post reformationem præfuerunt, ab anno vide-
 licet 1418. ad hæc nostra usque tempora, his hexametris epi-
 grammatibus ab eodem *Benedicto Chelidonio* monacho sic sunt ce-
 lebrati.

Abbatum
catalogus.

1. *Mille, quatercentum, ter sex labentibus annis*
Christum post natum, surgit Georgius Abbas
Mæriger, Et residens anno lustrisq; duobus
Sponte sua cessit juris morumq; magistro.
2. *Mille, quatercentum nati post numinis annos*
Viginti, novem sub cursu, est factus in isto
Henricus Gulpen, Decreti Doctor, o vili
Pastor amans ovium, sexto moriturus in anno.

Y

Extant

Chronologia
Monasterii
in Germania
S. M.

*Henricus
Gulpen.*

Extant hujus plurima scripta, videlicet Liber super septem Distinctionibus. Liber de Pœnitentia. Liber de passione Domini. Liber de Consecratione.

3. *Bis septem natus dum complet secula Christus*

Lustrorumq; rota septem currente, colendus

Fratribus orbatis iterum fit Mœriger Abbas :

Hic triginta pater curam tulit impiger annos.

4. *Mille, quater centum post Divi germinis annos*

Lustrorum tredecim sub finem, jure Sebaldus

Helmaasperger onus, morum sôphiæq; magister,

Pastoris subiens, octavo desit anno.

5. *Mille, quatercentum, decies septemq; tribusq;*

Virginis à partu Divæ currentibus annis,

Factus Joannes Sessler Domini gregis Abbas,

Deposuit quarto regimen vitamq; sub anno.

6. *Quattuor atq; decem geniti post secula Christi*

Lustrag; post terquinq; anno subeunte secundo,

Lectus Joannes nobis Radeneckher in Abbam

Viginti septem rexit feliciter annis.

7. *Christiparæ ter quinq; rotat dum secula Phœbus,*

Anno sub quarto, sancti post orgia Galli,

Wolffango Summer duplicis datur infula legis,

Civibus in nonum quam declamaverat annum.

Is quoq; claudentes expectat lumina Parcas.

Hactenus Chelidonius: Ego addidi.

Tandem exul factus, Neunkirchi mortuus atq;

Redditus est terræ mortali corpore, sed mens

Acessit loca, quæ morituræ nescia vitæ

Sunt tranquilla Dei bonitate & lumine plena.

8. *Reverendus Pater ac Dominus, Dominus Fridericus Pf-*

storius, ex Prettfeldo pago prope Forchenheimium sito natus,

Abbas S. Egidii Noribergæ post reformationem septimus, eligi-

tur anno Domini 1520. quinta Julii. Præest adhuc currente hoc

Jubilæo, quo anno jam quinquaginta duobus annis in hoc cœ-

nobio vixit, vir ut in Sacris pie, sic in humanioribus literis erudite

doctus,

doctus, vitæ honestate omnibus honestis ac bonis viris ex animo
 charus, Helii Eobani Hessii, Joachimi Camerarii ac aliorum
 nostri sæculi doctorum hominum monumentis celebris. Præ-
 fuit hæctenus censuræ typographicæ, unâ cum Domino Hiero-
 nimo Baumgartnero, Senatore clarissimo doctissimoq;. De ejus
 electione scripsit olim tale schediasma *Vincentius Obsopæus.*

Typogra-
 phica
 censura
 Noriber-
 ge.

Fausto bis denis (numerum censeto minorem)

Omne dilapsis annis, de Virgine Christo

Enato casta, citimo dum Luna sub axe

Discursat, quintam lucis ubi fulius umbram

Extulit effusa, fatis vol ventibus urnam

Rite Delim sortis, voto Fædricus amæno

Inauguratus pastorq; paterq; creatus

Cænobii, commissa sua regimina dextra

Usq; retenturus: donec fatalia vitæ

Stamina dissectis rumpat mors horrida fufis.



ELEPHANTACUM, *Elwangeni* aliàs *Elefancense*, vel, ut
 hodie vocant, *Elwangense* magnificum ordinis Divi Benedi-
 cti ad Jagitam vel Jaxtum, Franconiæ amnem in Virguna (hodie
Virgründ) situm, & à capto ibi tragelapho dictum monasterium,
 fundatum est anno Domini 764. ab Episcopo quodam Lingo-
 nensi, Hariolpho, quem Pipinus & Carolus Magnus, Galliarum
 Reges, charissimum habuere & Patrem salutare soliti sunt. Con-
 sequutus est Hariolphus fundator privilegia & corpora Sancto-
 rum Sulpitii & Serviliani martyrum à Papa Adriano. Invenitur
 hujus Hariolphi fundatoris in Elenfancensi templotale epita-
 phion:

Hariol-
 phus.
 Corpora
 Sulpitii
 & Serviliani mar-
 tyrum.

Clauduntur tumulo hoc Hariolphi Antistitis ossa,

Hunc qui fundavit jure locum proprio.

Pluribus erexit felix feliciter annis,

Viderboq; pius liquit honoris onus.

Sic postquam templi structuræ istius almi

Atq; ut cernendum struxerat ad placitum,

T 2

Idibus

*Chronologia
 Monasterio
 S. III*

Pr-
 us,
 ligi-
 hoc
 ce-
 clite
 us,